ācrimōnia, ae. *subs. f.* **FORMA** agrimonia CAEL AUR Gyn 1.133. cibi uero fugiendi sunt ... acrimonia, ut porri sectiui, allia, cepe ... quibus omnibus agrimonia lacti iungitur.; *quandoquidem cum* agrimonia *ambigitur, quamquam hoc uocabulum a Graeco proueniat huiusque uera forma* argemonia *fuerit.* **ETYM** acer. **DLAT** acrimoniosus. **DROM** *cast.* acrimonia, *fr.* aigremoine, *port.* aramenha. [**FREQ** humilis **90** indicia **7,6** /d.c.m. 235 NAEV] *uocabulum omnibus temporibus, a saec.* III *ec. maxime abundans; scriptis technicis ad medicinam pertinentibus proprium est, litterariis exiguo numero a lyricis dramaticisque absentibus; usibus quotidianis quoque abest, paucis scriptoribus eo utentibus.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.			
OPERUM	argumentalis	7	2,1			
	dramatica	3	6,9			
	exponendo	76	30	narrando	4	0,8
DIACHRONICA	III-II aec.	3	7,5			
	I aec.	10	3,7			
	I-II ec.	15	4			
	III-V ec.	62	12			
DIAPHASICA	docta	3	1,4			
	media	87	9,1			
DIASTRATICA	litteraria	22	2,3			
	technica	68	28			
MODUS	prosa	88	8,8			
	uersu	2	1,1			

¶ **a** *iam ab initiis animi acumen nuntiat, quod grammatici corroborant • se presenta, desde muy temprano, indicando la agudeza o viveza del espíritu, significado que los comentaristas corroboran* [**HYPER** intellegentia **SIM** →acumen[b1]] 235 NAEV Trag 35. Ne ille mei feri ingeni atque animi acrem acrimoniam. 🕮 NON 2.36. ACRIMONIA est animi uiuacitas. SERV Aen 7.164. acrimonia mentis est.

talis usus, iuxta cum eis in **d** *consideratis, prius apparent quam ii acerbitatis similes saec.* I *ec. inuenti • este uso, junto con los muy relacionados de* **d**, *son anteriores a los similares de acerbitas*[a2]*, que aparecen en* I *ec.*

b1 *fere eodem tempore ad res physicas applicatum est, praesertim alimenta uel medicamenta, etiam alimenta ad usus medicinales adhibita, quorum asperitas, duritia uel aciditas, dum morbo medentur, corpus aegrum laedunt; qui usus uocabuli* acerbitas[f] *similes late antecedit, qui Antiquitatis fine inueniuntur • casi por la misma época se aplicó a objetos físicos, sobre todo alimentos o medicamentos, o alimentos utilizados con fines medicinales, cuya 'agresividad, dureza o acidez', a la vez que ayudan contra la enfermedad, dañan el cuerpo enfermo; este uso antecede con mucho a los similares de* acerbitas[f], *que corresponden al final de la Antigüedad* [**REL** →acerbitas[g]] 234-149 CATO Agr 157.4. Et siquid in mammis ulceris natum et carcinoma, brassicam tritam opponito, sanum faciet. Et si ulcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto, ita opponito. 79 PLIN Nat 31.115. maiorem esse acrimoniam nitri apparet ... quod nitrariae calciamenta protinus consumunt. 420 CAEL AUR Acut 1.135. uehementer noxium aceto uti atque peucedano et ruta et castoreo. premunt haec enim et uertigines ingerunt et ob acrimoniam sui tumentes dissecant membranas.

etiam ad effectus quorundam medicamentorum, ex plantis et praeparationibus compositorum, quae aegroto incommodum excitant, ut cataplasmata, adhibita sunt • también fue aplicado a los efectos de ciertos remedios médicos, a base de plantas y elaboraciones que provocan 'desagrado y malestar' en el enfermo, como las cataplasmas 420 CAEL AUR Acut 3.164. praeterea sinapismi acrimonia hortationem fieri sudorum nemo est qui nesciat.

b2 *adeo ut haec medicamenta ipso morbo aliquotiens noxiora sunt, sicut iniectionibus fit, uel clysteribus qui tamen propter uim et potentiam ualde aestimantur • hasta el punto de que, en algunos casos, estos medicamentos resultan más dañinos que la propia enfermedad, como sucede con las inyecciones; o con los enemas, que, no obstante, son apreciados por su 'eficacia, poder y efectividad'*[**HYPER** uis] 420 CAEL AUR Acut 3.164. per acrimoniam medicamentorum ... et inflabilium potionum et iniectione uirtute similium. 2.131. Clysterem uero recte prohibet propter acrimoniam. 2.220. clysteres etiam adhibentes corpora resoluunt et ob acrimoniam aperiunt, quos utiles probauerunt.

hae curae indicium sunt sollicitudinis ad seruandum aequilibrium inter curationem medicamento quaesitam et damnum quod corpori afferri potest, nam quibusdam casibus status iam irritatus aegroti id dissuadet • estos cuidados son muestra de la preocupación por mantener un equilibrio entre la curación buscada con un medicamento y el daño que se pueda provocar al cuerpo con él, pues en determinados casos el estado ya irritado del enfermo lo desaconseja 420 CAEL AUR Acut 2.139. declinante passione gobiones pisces dandos, accedente profectu etiam carnem atque panem, non coniciens, quia omnis acrimonia tussientibus uel spirationis difficultate laborantibus uel spuentibus sanguinem inimica est.

c1 *itaque ad corporis incommodum retulit, aliquotiens una cum uocabulis* mordacitas *uel* mordicatio *• así, fue utilizado para referirse al 'malestar corporal', a veces junto a* mordacitas *y* mordicatio *'cólico o retortijón'* [**HYPER** aegrotatio] 420 CAEL AUR Gyn 1.165. si fuerint ulcera sordida, decocto mediocriter melle sunt illinienda, quo acrimonia et mordacitate deposita medeatur. CAEL AUR Gyn 2.14. quo uehementia acrimonie ac mordicationis frangatur.

c2 *ut uocabulum familiae lexicae ad id quod acidum uel acerbum est pertinentis, etiam ad stomachi acorem adhibitum est • como miembro de una familia léxica cuya referencia principal es lo ácido o agrio, también se aplicó a la 'acidez de estómago'* [**HYPER** morbus **SIM** →acidiua **DOM** stomachus] 79 PLIN Nat 23.142. nuclei nucis pineae sitim sedant et acrimoniam stomachi rosionesque et contrarios umores consistentes ibi.

d1 *ardorem uel uiuacitatem expressit cum ad corporis gestus et expressiones adhibitum est, nullum sensum negatiuum habente, sed potius quandam animi uel ingenii 'uim, uehementiam uel ardorem' denotante • expresó el ardor, la viveza o energía cuando se aplicó a los gestos y las expresiones corporales de las personas, y en este sentido no conlleva ningún contenido negativo, denotando en cambio cierta 'energía de carácter, cierto entusiasmo, vehemencia o ardor'* [**HYPER** studium] 70 CIC Verr 1.1.52. si Glabrionis patris uim et acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis. 160 GELL 17.2.13. forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat.

Talis inflammationis expressio praecipue oratori in eius oratione applicatur, cui interpretandi facultates magni momenti sunt • tal expresión de entusiasmo se aplica especialmente al orador en su discurso, en quien las dotes interpretativas cobran importancia 86-82 RHET Her 3.26. Conuenit ... in uultu pudorem et acrimoniam esse, in gestu nec uenustatem conspiciendam nec turpitudinem esse.

haec animi ratio certe aliquantulum acerba duplici modo est: primo, de efficacia uel potentia medicamenti uel substantiae in quantum ad eius sanandi facultatem attinet locutum est; secundo, de noxio effectu in eum cui applicatur; qualitas haec ad actiuitatem socialem extenditur, ad personarum characterem qui acritudinem erga suum ambitum uel affines exprimunt • este carácter ciertamente un poco agresivo experimentó un desdoblamiento: por un lado, se ha hablado de la efectividad o potencia de un medicamento o una sustancia en cuanto es capaz de curar; y, simultáneamente, del efecto dañino para aquel a quien se aplica, cualidad esta última que se hizo extensiva a la actividad social, al carácter de las personas que transmiten una 'agresividad' hacia su entorno o sus semejantes 85 CIC Inu 2.143. omnem eius illam uim et acrimoniam lenierit ac diluerit.

d2 *hoc in aspero cum interlocutore contactu ostendi potest, pleno mordacitatis, exacerbationis uel acritudinis • esta agresividad puede plasmarse en el contacto áspero con el interlocutor, lleno de 'mordacidad, sarcasmo o acritud'* [**SIM** →mordacitas[b]] 86-82 RHET Her 4.49. Eiusmodi licentia si nimium uidebitur acrimoniae habere, multis mitigationibus lenietur. 420 QUEROL 24. patientia desidiae, acrimonia crudelitati adsignantur.

d3 *denique hic character acerbus cum rigore in lege applicanda coniunctus inuenitur • por último, se encuentra este carácter agresivo relacionado con el 'rigor en la aplicación de la ley'* [**SIM** acerbitas[d] **ANT** →lenitas] 384-385 SYMM Rel 49.4. diuinorum principum potestas, quos decet acrimoniam seueri iuris inflectere.

uel cum morum rigore • o con el rigor de las costumbres 400 HIST AUG Alb 11.5. Cum suis ei numquam conuenit uel propter uinulentiam ... uel propter morum acrimoniam.

e *etiam ad sapores uel odores acres, fortes, irritantes, qui pruritum efficiunt, applicatum est, ex rebus rusticis late usitatis, alio cepa sinapi aliisque • también fue aplicado a sabores u olores penetrantes, fuertes, irritantes, que producen 'picor', provenientes de productos del campo de amplio uso, como el ajo, la cebolla, la mostaza y otros* [**SIM** acerbitas, prurigo **DOM** caepa] 60 COLUM 9.14.3. abstineatque ... foetentibus acrimoniis alii uel ceparum. 330 ARNOB 7.16.7. Quid ergo cessatis ... acrimonias intermiscere ceparum? 🕮 ISID Orig 17.10.17. Nasturcium sapor appellauit, quod acrimonia sui nasum torqueat.

attamen, quod acerbum uel acidum erat in culina Romana aestimatum fuit, ideoque hic character negatiuus minime inuenitur • sin embargo, lo agrio o ácido era un componente apreciado en la cocina romana, por lo que este carácter no resulta negativo 79 PLIN Nat 19.133. usus his et cum lenti ac faba idemque qui oleris, et praecipuus, ut lenitas excitetur acrimonia sinapis.

f *acumen in percipiendo • agudeza de los sentidos* [**HYPER** animaduersio[a] **SIM** →acrimonia[f]] 412-427 AUG Ciu 8.15. multas sibi et bestias praelaturus est, quae nos et acrimonia sensuum et motu facillimo ... uincunt.

siue gustatus • tanto la gustativa 79 PLIN Nat 19.171. *sinapi* usus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniae.

siue uisus • como la visual 412-427 AUG Ciu 21.29. quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoque animalia nihil aliud possunt uidere quam corpora.

g in fine Antiquitatis IUS CHRIS *rigida poena quam Christianus a sacrilegis petere posset • castigo severo que el cristiano podía invocar contra el sacrílego* [**HYPER** poena] 🕮 COD Theod 16.2.40. si quis contra uenerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportationis uratur.